Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Seite 119

Quelle:
Copyright:

Auch hier eigent. Numerus Rejnumerirn (siehe Cod. 53).

Cod. LVII. dese

membran. Fol. min. foc. 15. 1.21.

Arzachelis Canones in Tabulas Toletanas.

Arzachelis, seu ut cod. noster scribit, Azarchelis Canones in Tabulas Toletanas. Titulus est: "Incipiunt Canones sive regule super tabulas astronomie". Initium hoc: "Quoniam cujusque ad comunis quantitatem temporis metitur spacium". Canones, figuris mathematicis, ad notis marginalibus instructi, folia occupant 21. ubi in calce additur: "Expliciunt Canones Azarchelis super tabulas astronomie constitutas ad meridiem civitatis toleti". Reliqua folia implent tabulae. Harum quoque tabularum Authorem esse Azarchelem, ait Georg. Joach. Rhaticus profat. ad Ephemerides suas, cui suffragatur cod. MS. Universitatis Cantabrig. qui titulum profert: Canones de motibus coelestium corporum, vel Canones Tabularum Arzachelis, qui dicuntur Tabulae Toletanae.

Arzachelem arabice scripsisse, via dubitari potest, sed quis opus in latinum traduxerit, ita non liquet. Fortassis Gerardus Cremonensis, nam Heilbronner codicem MS. Universit. Cantabrig. adducit cum titulo: Canones Arzachelis in Tabulas Toletanas a Magistro Gerardo Cremonensi ordinati.

Arzachel, dictus etiam Abraham Elzara Keel,